

15 ¶ Alexander 6. concessit Fratribus Minoribus regularis obseruantie, vt omnibus et singulis gratiis et priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, et indultis spiritualibus, et temporalibus tam Fratrum Prædicatorum quam Eremitarum sancti Augustini, et Beatae Mariae de Monte Carmeli, omnibusq; aliis Mendicantibus per Sedem Apostolicam, vel Legatos eiusdem, etiam per literas Apostolicas Mare Magnum nuncupatas hæcenus concessis [quorum tenores ac si de verbo ad verbum infererentur haberi voluit pro sufficienter expressis] vt, potiri, et gaudere liberè, et licitè possint, et debeant in omnibus et per omnia, perinde ac si prædictis Fratribus Minoribus specificè concessa fuissent. Ex Compen. nu.

16 ¶ Clemens. 7. et Iulius. 2. concesserunt Fratribus Minoribus consimilem communicationem priuilegiorum, aliorum Ordinum Mendicantium, ad literam ponendo verba quæ Alexander. 6. posuerat in prædicta concessione communicationis.

17 ¶ Sixtus. 4. concessit seu communicauit Fratribus et Sororibus trium Ordinum Beati Francisci omnia priuilegia tam spiritualia, quam temporalia, omnesque Indulgentias

cete-